

BREVIARIUM ROMANUM

EX DECRETO SS. CONCILII TRIDENTINI

RESTITUTUM

S. PII V PONTIFICIS MAXIMI

JUSSU EDITUM

ALIORUMQUE PONTIFICUM

CURA RECOGNITUM

PII PAPÆ X

AUCTORITATE REFORMATUM

EDITIO XI JUXTA TYPICAM, AMPLIFICATA IX



PARS ÆSTIVA


1928

RATISBONÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET

S. SEDIS APOSTOLICÆ ET S. RITUUM CONGREG. TYPOGRAPHI

*Loch Weic
Pios*



Obernetter repr. Nr.309^b Supt.Fr. Pastet Ratisb. Fr.M.Schmalzl C.Ss.Red.inv.

Pontifex juxta ordinem Melchisedech

Hebr. 5.10.



Die 15 Augusti

IN ASSUMPTIONE B. MARIE VIRG.

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Festorum
B. Mariæ Virginis [172], præter
ea, quæ hic habentur propria.

In I Vesperis

Antiphona 1

Assumpta est Maria in cælum: * gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dómino.

2 Maria Virgo assumpta est * ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

3 In odorem * unguentorum tuorum currimus: adulescuntulæ dilexerunt te nimis.

4 Benedicta * filia tu a

Dómino: quia per te fructum vitæ comunicávimus.

5 Pulchra es * et decóra, filia Jerúsalem, terribilis ut castrorum ácies ordináta.

Capit. Eccli. 24, 11-12

In ómnibus réquiem quæsi-
vi, et in hereditáte Dómini morábor. Tunc præcépít et dixit mihi Creator ómnium, et, qui creávit me, requiévít in tabernáculo meo.

Prima stropha sequentis Hymni dicitur flexis genibus.

Hymnus

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

DIE 15 AUGUSTI

IN ASSUMPTIONE B. MARIE VIRG.

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Comm. Festorum B. Mariæ Virg., præter ea quæ hic habentur propria.

Benedicta es tu, filia, a Dómino Deo excélsio, præ ómnibus muliéribus super terram.

IN I VESPERIS

Antiphona 1

ASSUMPTA est Maria in cælum: * gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dómino.

2 Maria Virgo assumpta est * ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

3 In odorem * unguentorum tuorum currimus: adulescuntulæ dilexerunt te nimis.

4 Benedicta * filia tu a Dómino: quia per te fructum vitæ comunicávimus.

5 Pulchra es * et decóra, filia Jerúsalem, terribilis ut castrorum ácies ordináta.

Capit. Judith 13, 22

BENEDIXIT te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad nihilum redégít inimicos nostros.

Hymnus

OPRIMA, Virgo, pródita
E Conditóris spiritu,
Prædestináta Altíssimi
Gestáre in alvo Filium:

Tu perpes hostis fémina
Prænuñtiáta dæmonis,
Oppléris una grátia
Intamináta origine.

Tu ventre Vitam concí-
pis,
Vitámque ab Adam pér-
ditam,

Diæ litandæ Victimæ
Carnem ministrans, inte-
gras.

Merces piáclo débita
Devicta mors te désérit,
Almíque concors Filii
Ad astra ferris corpore.

Tanta cortiscans glória,
Natúra cuncta extóllitur,
In te vocáta vérticem
Decóris omnis tângere.

Ad nos, triúmphans, éx-
sules,

Regina, verte lúmina,
Cæli ut beátam pátriam,
Te, consequámur, áuspice.

Ledves J^uho^uein,

Kossis László barátunké
Breviáriumaát fogadd
emlékül, szeretettel.

Vérs,

1873 november 27.

János